



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

**Svmma Bvllarii Earvmve Svvmorvm Pontificvm
Constitvtionvm Qvae Ad Commvnem Ecclesiae VsVm post
volumina Iuris CanoniciS, vsq[ue] ad Sanctissimum D. N.
D. Pavlvm Papam V. emanarunt**

Quaranta, Stefano

Venetiis, 1619

L

urn:nbn:de:hbz:466:1-10793

LIBRI PROHIBITI.

PRÆTER Summistas sciendum est, quod extat Index Librorum prohibitorum cum regulis confessis per patres a Tridentina Synodo delectos, auctoritate Pij Quarti primum editus, postea vero a Sixto V. auctus, & nunc demum S. D. N. Clementis Papæ viij. iussu recognitus, & publicatus, instructione adiecta de exequendæ prohibitionis, deque sincere emendandi, & imprimendi libros ratione.

Si quis autem aduersus eas regulas, prohibitionemque fecerit, is quidem qui haeticorum libros, vel cuiusvis auctoris scripta propter haeresim, vel falsi dogmatis suspicionem damnata, atque prohibita legerit, habueritue, ipso iure in excommunicationis pœnam incidat, eamque ob causam in eum, tanquam de haesi suspectum inquire, & procedi liceat præter alias penas super hoc ab Apostolica sede, sacrificque Canonibus constitutas. Qui autem libros alia de causa prohibitos legerit habueritue, præter peccati mortalis reatum, episcoporum arbitrio, seuere se nonerit puniendum, ut patet ex Constitutione Pij iiiij. die 24. Martij. 1564. incip. Dominic, fol. 803. in Bulla, & est impressa etiam in d. Indice.

Qui haeticorum libros haeresim continent, vel de religione tractantes siue auctoritate Summi Pont. & Sedis Apostolice scienter legentes, aut retinentes imprimentes, aut quomodolibet defendentes ex quavis causa publice vel occulte quovis ingenio, vel colore, sunt etiam excommunicati in Bulla Cœnæ Domini, capite primo, & est reseruata Summo Pontifici.

Sciendum est etiam qualiter post editionem dicti indicis extat Clementis Papæ Octauii prohibitio operum Damnatarum memoriarum Caroli Molinai cum reuocatione licentiarum illa legendi, & retinendi quibuscumque personis hactenus concessarum, & inhibitione, ne eadem licentie cuiquam de cetero concedantur, publicata Romæ die 26. Augusti 1602. Incipien. Apostolice sedis & infra.

Motu proprio, & ex certa scientia, ac matura deliberatione nostris, hiac nostra perpetuo valitura constitutione omnia, & quæcunque pœnitenti Caroli Molinæ Hæretici scripta opera, & commentaria, Beatorum Apostolorum Petri, & Pauli, ac nostra auctoritate de novo perpetuo damnamus, reprobamus, interdicimus, & anathematizamus, eorumque lectionem, & retentionem vniuersis & singulis Christi fidelibus cuiuscunque status, gradus, ordinis, conditionis, dignitatis, honoris, & præminentie, licet de illis specialis, & individua mentio libanda fore, existant, etiam sub excommunicationis latè sententie, alijsque censuris, & pœnis in indice librorum prohibitorum contentis, ac etiam suspicionis ipsius haeresis, quantumvis scripta, opera, & commentaria ipsa, tam quovis modo fuisse expurgata preciendant, districte perpetuo interdicimus, & prohibemus. Et propterea omnes, & quascunque licentias quibusvis personis, tam ab ordinariis locorum, quam etiam ab ipsis Cardinalibus, super dicto indice deputatis, ac supremis Sanctæ vniuersalis Inquisitionis contra hæreticam pravitatem inquisitoribus, ac a nobis, & Apostolica sede quomodolibet concessas legendi, & retinendi libros eiusdem Caroli Molinai, etiam sub alio nomine inscriptos, vel expurgatos, cum, non aliter quam igne expurgari possint, reuocamus, castigamus, & annullamus, inhibentes omnib. & singulis supradictis, ne de cetero huius

B b 4 modi

modi licentias cuiquam concedant, vel impartiantur. Quinimo omnem facultatem concedendi huiusmodi licentias retinendi, vel legendi opera huius impii auctoris, ex quacunque causa, & sub quovis praetextu, & colore quibuscumque personis, quavis auctoritate etiam Apostolica suffultis, & quacunque dignitate predictis, etiam ipsis in Cardinalibus super Indice librorum prohibitorum deputatis, & supremis inquisitoribz predictis adimitus, eamque nobis, & successoribz nostris Romanis Pontificibus tantum reseruamus. Caslantes insuper, & ex nunc irritantes quascunque licentias, etiam a nobis concessas, & a successoribus nostris Romanis Pontificibz respectuue concedendas, quæ manu nostra, aut successorum predictorum subscripta non fuerint. Per has tamen nostras literas non intendimus prohibere retentionem librorum iuris canonici, & aliorum Catholicorum Auctorum habentium additiones, seu apostillas, vt vocant, huius impii hominis ipsis tamen additionibus, seu Apostillis deletis, & emendatis iuxta censuram de mandato nostro ne per editam, & in Typographia Camerae Apostolicae impressam Romæ hoc anno M D C II. Chartis seu foliis xxiiij. distinctam, cuius initium est. Censura in omnes additiones, sed ad notationes marginales damnata mem. impij Caroli Molinci ad textum Iuris Canonici. Commentaria Decii in decretales, & ius civile, ad consilia Decii, & Alexandri, & ad Dynum de reg. iu. & Decium in titulum ff. de reg. iu. finis vero est. Aliqua fortasse in praemissis, & consimilibus additionibus ab oculis nostris effugerunt, notatu, & censura digna, quæ diligens lector animaduertens delere prius teneatur. Postremo sub censuris, & penitius supradictis omnibus, & singulis Christi fidelibus per Apostolica scripta mandamus quatenus intra mensam a publicatione presentium in locis per quæ eadem ad eorum notitiam peruenire possint, facienda computandum, omnia, & singula scripta, opera, & commentaria predicta Caroli Molinci, realiter, & cum effectu locorum ordinariis, vel inquisitoribus exhibeant, & consignent, ipsis vero locorum ordinariis vel inquisitoribus, vt illa statim nulla interposita mora, aut expectata licentia igne comburant, & comburi faciant, utrum &c.

L I T A N I A E.

P R A E T E R Summistas sciendum est, extare Decretum S.D.N. Clementis Papæ viii. circa litanias obseruandum.

Quoniam multi hoc tempore priuati etiam homines praetextu alienæ devotionis, nouas quotidie Litanias euulgant, vt iam prope innumerabiles formæ Litaniarū circumferantur, & in nonnullis inepte sententijs, in aliis (quod grauius est) periculosæ, & errorem sapientes inueniantur Sanctiss. Dominus Noster Clemens Papa viii. pro sollicitudine sua prouidere volens, vt animarum deuotione, Deique ac Sanctorum invocatio, sine ullius detrimenti spiritualis periculo soueat, præcipit, ac mandat, vt retentis antiquissimis, & communibus litanis, quæ in Breuiariis, Missaliis, Pontificalibus, ac Ritualibus continentur, nec non litanis de Beata Virgine, quæ in Sacra Aede Lauretana decanari solent: quicunque alias litanias edere, vel iam editis, in ecclesiis, siue oratoriis, siue Processionibus, vili voluerint, eas ad Congregationem Sacrorum rituum recognoscendas, & si opus fuerit corrigendas mittere teneantur, neque sine licentia predictæ Congregatio-nis, eas in publicum edere, aut publice recitare præsumant, sub pena (ultra pecca- tum).

tum) arbitrio Ordinarij, & Inquisitoris se vere infligendis. Præsens decretum factum fuit in generali Congregatione Sanctæ Romanae, & vniuersalis Inquisitio-
nis, habita in Palatio Apostolico in Monte Quirinali coram prædicto Sanctissi-
mo Domino Nostro, ac Illustrissimis, & Reuerendissimis Dominis Sanctæ Ro-
manæ Ecclesiæ Cardinalibus, aduersus hereticam prauitatem generalibus Inqui-
sitoribus, octavo Idus Septembris, Annò a Natiuitate Domini Nostri Iesu Chri-
sti MDCL.

Quintilianus Adrianus. Notarius.

M A G I S T E R.

PRAETER Summissas sciendum est, qualiter Leo. X. in Concilio generali La-

teranen. decreuit fol. 171. in Bul. incip. Apostolici, & infra.

Omnibus, & singulis Philosophis in Vniuersitatibus studiorum Generalium, *Leo. X.*
& alibi publice legentibus, districte præcipiendo mandamus, vt cum Philosopho-
rum principia, aut Conclusiones, in quibus a recta fide deviare noscuntur audi-
toribus suis legerint, seu explanauerint, quale hoc est de animæ mortalitate, aut
vnitate, & mundi æternitate, ac alia huiusmodi, teneantur eisdem veritatem re-
ligionis Christianæ omni conatu manifestam facere & persuadendo posse docere
ac omni studio huiusmodi Philosophorum argumenta, cum omnia solubilia exi-
flant, pro viribus excludere atque resoluere, & cum non sufficiat aliquando tribu-
lotum radices præscindere, nisi, & ne iterum pullulent, funditus enellere, ac eo-
rum semina, originalesque causas, vnde facile oriuntur remouere, cum præcipue
humanæ Philosophie studia diuturniora, quam Deus secundum verbum Apostoli
euacuavit, & stultam fecit, absque diuinæ sapientiæ condimento, & quæ sine reue-
latæ veritatis lumine incriorem quandoque magis inducunt, quam in veritatis
elucidationem: Ad tollendam omnem in præmissis ei randi occasionem hac salu-
tari constitutione ordinamus, & statuimus, ne quisquam de cetero in Sacris Or-
dinibus constitutus, secularis vel regularis, aut alias ad illos a iure arctatus in stu-
dijs generalibus, vel alibi publice audiendo, Philosophia, aut poësis studijs ultra
quinquenium post grammaticam, & dialecticam, sine aliquo studio Theologij,
aut juris Pontificij incumbat. Verum dicto exacto quinquennio, si illis studijs,
insudare voluerit, liberum sit ei, dum tamen simul aut seorsum, aut Theolo-
gia, aut Sacris Canonibus operam nauauerit, vt in his Sanctis, & utilibus profe-
ssionibus Sacerdotes Domini inueniant, vnde infectas Philosophia, & poësis ra-
dices purgare, & sanare valeant. Et hos Canones per ordinarios locorum ubi
generalia studia vigent, & rectores vniuersitatis eorundem studiorum singulis
annis in principio studij, in virtute Sanctæ obedientiæ publicari mandamus. Nul-
li ergo, &c.

Exstat item eiusdem Leonis X. in eodem Consilio Lateranensi Decretum obser-
uandum a Magistris, & Praeceptoribus Scholarium fol. 164. in Bullar. incip. Super
na, & infra.

Cum omnis aetas ab adolescentia prona sit ad malum, & a teneris assuefieri
ad bonum, magni sit operis, & astutus, statuimus, & ordinamus, vt Magistri scho-
lariorum, & praecipores, pueros suos, sine adolescentes nedium in grammatica, & the-
torica, ac ceteris huiusmodi eruditre, & instruere debeant, verum etiam docere magis-
trensanter ea, quæ ad religionem pertinent, vt sunt præcepta divina, articuli
fidei,